



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

87 Fructus assignati monialibus pro alimentis, an sint à decimis exempti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus aliisque fructibus subsidijs etiam charitativis, & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defensione patriæ, & alijs quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, & Ducumve instantiam, pro tempore impositis sunt exempta, ut in eisdem privilegijs Pij IV. & litteris Gregorij XIII. vers. ac pro potiori, &c. quibus eximuntur etiam à decimis Papalibus ad quorumvis instantiam impositis cum clausulis amplissimis, ac derogatorium derogatorijs, decreto irritanti, & clausula sublata, de super additis, quæ removet facultatem aliter judicandi, vel interpretandi. cap. si eo tempore de elect. in 6. Cassad. super reg. cancell. decis. 12. num. 5. cum alijs supra. par. 1. cap. 14. numer. 1. 7. allegatis.

85 Eadem exemptione ꝛ à decimis Papalibus gaudent etiam sorores quorumcunque monasteriorum, domorum, & regularium locorum monialium, & locorum quorumvis Cisterciensium, Præmonstraten. S. Claræ, nec non S. Benedicti, & S. Augustini, ac tertij Ordinis S. Francisci, & aliorum quorumvis Ordinum, etiam

sub cura, & regimine, ac secundum regularia instituta Fratrum Minorum, de observantia nuncupatorum, & Eremitarum ejusdem S. Augustini, degentium in Lombardia, & quibuscunque alijs Italiæ partibus confidentium, ꝛ non habentium redditus ultra summam quatuordecim ducatorum auri de camera, pro victu cujuslibet monialis, seu sororis, alios redditus non habentis, ut in litteris Pij IV. de quibus Bull. fol. 659. cap. 10. & est ratio ꝛ quia portio assignata monialibus, prout dicta portioncula, ut miserrime vivant, non potest aliquam decimam pati. Gemina. conf. 85 num. 26. quem sequitur Rebuff. conf. 124. col. 2. vers. item Bonifacius Octavus, & regulariter omnes fructus, qui spectant ad locum, vel personas, quæ non cadunt in nomen beneficij, sunt liberi à solutione decimæ Papalis, quia in usus quotidianos personarum miserabilium expendi debent, ut inquit gloss. in extravag. 10. 22 unica in verb. solvere. circa fin. de elect. & non solum dictæ moniales sunt exemptæ à decimis, sed à quibuscunque oneribus in perpetuum, ut in eisdem litteris Pij IV. motu proprio concessis.

## DE PRIMITIIS, ET OBLATIONIBVS.

### Cap. XIII.

#### S V M M A R I V M.

1 Primitia sicut decimæ debentur, sed quantitas non est determinata.  
2 Primitia animalium sunt unū de ducentis.  
3 Primitia dicuntur primi fructus, quos sibi Deus reservavit.

4 Primitia ter in anno Domino offerantur.  
5 Primitia, quare fuerint introducta.  
6 Primitia debentur de jure divino.  
7 Primitia, ex qua causa olim offerantur.  
Primitia